



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

11. An in eodem die violare plura vota de materia levi sit peccatum mortale, sive materiæ sint eiusdem rationis, sive diversæ? Ex p. 5. tr. 5. r.  
55.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

# De Voto, & Iuramento, &c. Ref IX. &c. 51

promissorij & stimanda est secundum qualitatem materie: ergo secundum quod illa magna, vel parua fuerit, talis erit & obligatio. Antecedens probatur, quando enim materia iuramenti promissorij est mala etiam venialiter, nulla est obligatio illud implendi, ergo obligatio non habet se independenter a qualitate materiae promissae & propterea sicut nullum est peccatum non implere iuramentum de re mala, ita solum est veniale, si fuerit de re quidem bona, sed leui. Confirmatur. In aliis peccatis plerumque habetur ratio leuitatis materiae; igitur & in hoc. Smiliter si dicas posse concludi, quod & in assertorio perius habenda sit ratio leuitatis materiae, negandum est, eti enim res quoque iuratur, fortasse parua sit, non tamen est paruum confirmare mendacium iuramento, quia sic Deus inducitur testis falsitatis, quod non potest non esse magnum. Et ideo, ut dixi, utramque sententiam probabilem esse puto, & Doctores utramque tuentes, inuenies apud me ipsum loco cit. ne deseras videre Eusebium, qui doceat, ut similiiter solerit, hoc dubium pertractat in tract. de purit. & nobil. probat. part. 1. q. 6 §. 5. a. n. 40.

## RESOL. IX.

An in Voto, & Iuramento non bibendi vinum detur paruitas materiae?

Et quid est dicendum, si votum fiat ieiunandi cum pane, & aqua; an sit culpa mortalis semel bibere vinum?

Ex p. 5. tr. 5. Ref. 37.

§. 1. **C**ausa est practicabilis, & quibusdam visa est. Causa leuis, & ita venialis in tali casu semel bibere. Sed contrarium alii docent, quia obligat instar praecetti Ecclesiae de abstinentia ab aliquo cibo, cuius transgressio est mortaliter semel vescendo; ut semel commendo carnes die vetita. Id tamen fatendum est, non quamcumque vini portati quantitatem est mortaliter, sed illius paruitatem excusare a mortali. Videtur vero requiri ad mortale tantum vini potari, quantum in vino prandio sufficere posset pro potu communiter ventribus temperate vino. At si esset votum ieiunandi cum pane & aqua, manifestior culpa mortalis esset semel bibere, quia frangetur id ieiunium, & haec docet Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. c. 12. n. 21.

## RESOL. X.

An in voto detur paruitas materiae? Ex p. 3. tr. 5. Ref. 36.

§. 1. **D**uximus est sententia, prior distinguit, si materia parua est partialis, est veniale, ut si quis voulit recitare calculos virginicos, & omittit unam, vel alteram salutationem Angelicam. At si est totalis materia erit semper mortale, ut si quis voulit recitare semel orationem Angelicam, & non recitat. Dicitur, quia transgressio totius voti habet rationem actus perfecti, & contra excellensissimam Religionis virtutem, cum tamen peccatum veniale sit quid imperfectum. Secunda, quia materia parua dicitur respectu totius, cuius est pars, ergo quoties fuerit totalis, est magna. Hanc sustinet Calet. 2. 2. qu. 89. art. 7. dub. 1. Armilla ver. ieiunamentum, n. 12. Tabiena ver. ieiunare, qu. 10. Nauart. sum. Hispana c. 12. n. 40. Toledo lib. 4. sum. c. 17. n. 20. & appellat tuiorem Corduba in summa qu. 188.

2. Sed ego absoluter doceo, et si materia parua sit totalis transgressionem voti esse veniale tantum, & probatur, qui promissio rei leuis facta homini non obligat, ad sui observationem sub peccato mortali, quamvis ipsa res leuis sit tota materiae promissionis ex-

go nec facta Deo. Antecedens est manifestum, & consequentia probatur, nam Deus non est regidior exactior suarum promissionum, quam homo. Item materia illius voti quomodo cumque sumatur, est res leuis ergo votum de ea omissum tantum obligat ad veniale; & confirmatur: grauitas peccati non est sumenda ex quantitate & necessitate obiecti, ut constat in omnibus precepis, si loquamus de grauitate, quam habet actus ex natura sua, v. g. in furto grauitas peccati non sumitur ex voluntate furantis, sed ex re ipsa, de qua furtum est. Nam si res furata est grauis, quamvis latro nolit, erit peccatum mortale, & si est leuis, erit veniale. Sed quando votum fit de re leui, ipsa se est parua materia fidelitatis & religionis; ergo tale votum violare ex se non erit peccatum mortale. Ultimum votum est quedam lex hominis quare quisque sibi ponit ex propria voluntate, ergo non aliter debet obligare, quam si esset lex Ecclesiastica, vel Divina, sed lex Divina & Ecclesiastica, etiam si ex genere suo obligent ad sui observationem sub reatu mortalis culpae, nihilominus frangere illas in re leui est tantum peccatum veniale, ergo similiter & votum. Et ita hanc sententiam docet Ledesma in summa tom. 2. tr. 10. c. 3. dub. 1. Henricus Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. c. 12. n. 5.

## RESOL. XI.

An in eodem die violare plura vota, de materia leui sit peccatum mortale; sine materia sunt eiusdem rationis, siue diversa? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 55.

§. 1. **A**ffirmat Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 4. pra. in tr. 3: Ref. 2. §. 1. in fine, & seq.

Sup. hoc sicut numerum 16, existimat enim materias leues votorum multiplicium pro eodem die obligantium continuari mortaliter, & in vnam coalefcere, ac proinde culpam esse lethalem omittere notabilem quantitatem illo die, siue materia sit eiusdem rationis, siue diversa, ut si alterum votum sit recitandi, alterum elemosynae. Ducor quod eti diversa numero sint vota, at obligatio voti viuis rationis est, & eadem ratione ad Religionis virtutem spectat, siisque praecipum quod in re notabili tunc violatur. Sicut qui homini promitteret magnam pecuniae quantitatem diversis promissionibus, vel diversa obsequia, singulis tamen vicibus quid inodorum, peccaret mortaliter non implens in notabili quantitate, perinde ac si unica promissione rem notabilem pollicetus non flaret promissis. Quia omnes illae promissiones numero diversa pertinent ad eandem iustitia obligationem, nec est simile de diversis illis praecipitis in festo concurrentibus, quia cum diversa omnino rationis sint, non possunt materiae continuari, nec est idem in casu quem numero praecedenti tetigisti quando votum rei modica est in diei honorem, ac propositum est semper illud omittendi, quia votum numquam coniunctum obligat ad totam illam propositi materiam, eo quod materiae modicae numquam in eandem diem, idem tempus confuant, sed transacta die quilibet cessat, & ideo cum propositum feratur in illam, ut ex voto debitam, at ex hoc tantum debeatur pro singulis diebus, & semper sub veniali, propositum non fertur in materiam grauem. At in nostro casu materia illa grauis ex diversis votis consurgens eadem die obligat, ergo, &c.

2. Sed contraria sententiam probabilem etiam esse puto, & ita colligitur ex Suarez de Relig. lib. 5. de votis. ap. 5. num. 1. & 12 vbi affirmit, si promisiisti singulis horis eleuare mentem ad Deum, vel quoties Missam audires nihil leve ex illa omittere, eti toto die non eleuare mentem ad Deum, & in pluribus Missis rite, leve quid omitteres, numquam te peccatum mortale,

E 2 taliter,

## Tractatus Quartus

52

taliter, & reddit rationem, quia una materia cum alia non obligatur, secus verò si promisces recitare Officium diuinum integrè, & in prima omittentes Psalmum, in Tertia, & sic in singulis Horis, quia omnes illæ Hoc & vnum Officium diuinum constituant, & omnes illæ omittentes in vnum adunantur. An in superdicto casu illa vota non vniuntur in aliquo tertio, sed quodlibet ex illis est separatum & distinctum, ergo violatio vnius non potest argere violationem alterius. Neque obstat illa vota vnius in virtute Religionis, nam etiam si omittentes Dominicus singulis Dominicam orationem recitare, & multis diebus omittentes, non peccates, quia est omnes illæ recitationes aduersus Religionis virtutem sint, quia tamen inter se non vniuntur, id est gratitius virtus Religionis non ladietur, sed omnia illa vota etiæ sunt uno die implenda, non tamen vniuntur inter se sed ita distincta sunt ac si quodlibet illorum quilibet distincto die præstandum esset, quod exinde probatur, qui quodlibet votum in specialem reverentiam & honorem alieuius Sancti, vel mysterij diuinum factum est, in quo aliud votum non conuenit, ergo sunt inter se omnino disparata, ergo non peccas mortaliter, esto omnia illa omittas. & hæc omnia docet Castrus Palauus 1.1. tr.2. punct.9 § 4.n.11. Vnde, vt dixi, utramque sententiam probabilem esse puto.

### RESOL. XII.

pro prima  
diffic. &  
tenui, &  
doctrina eius  
in ref. seq. §.  
2. ante me-  
diū, ver.  
Notandum,

An possit quis in materia leui vovere sub obligatione letali?  
Et quid est dicendum, si Confessarius pro mortalibus imponat leuem poenitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare?  
Et adducitur, quod quantumcumque velit legislator ad mortale obligare, si materia sit exigua, attens circumstantiis, non obligabit ad mortale? Ex p.5.tr.5.ref.50.

Sep. hac dif-  
fic. & peni-  
tentia in 10.  
11.1.6. ref.6.  
  
Sup. his vo-  
to, & iura-  
mento supra  
in ref. 7. &  
10.

§.1. A ffirmatiuam sententiam docet Fagundez  
præ.2. lib.2. cap.3. num.15. vbi sic art. Sed  
quid si Confessarius pro mortalibus imponat leuem  
poenitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare?  
Respondeo in primis id nunquam esse de eo prælum-  
endum, nisi forte id exprimat, ac intimet poenitenti;  
si tamen id intimet existimo sub mortali obligare, quia  
iam huiusmodi præceptum non habebit vim obligandi  
ex quantitate, & gravitate poenitentiae iniunctæ, sed ex  
intentione iudicis illud imponentis; sic qui vovit votum  
de re minima, aut iuramentum promissorium effi-  
cit de eadem re minima, non obligatur ad illius imple-  
tionem sub mortali, nisi se ex speciali intentione sub  
mortali voluerit obligare, totum enim, id negotium  
pender ex voluntate & intentione voventis, & sicut  
actus humani intentionem agentium effugere non  
possum, sic nec illam egredi. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam ego teneo, nam, vt  
docet Reginaldus 1.1.lib.15.c.6.n.42. Sanchez in sum.  
ref. seq. §.2.  
ad medium,  
ver. sic uile,  
gillator, & in  
com. 6. tr.1.  
tel. 18. §. Ita-  
que, & in 10.  
7. tr.1. ref.  
11. §. No  
tandum. 2. legi  
in principio.  
leg. & solùm est  
ne deferas  
legere ref. &  
§. not. 2.  
uici. §.

Sup. hoc in  
1.1.lib.1.4.n.4. ex multis quantumcumque velit legi-  
flator ad mortale obligare, si materia sit exigua, atten-  
tis circumstantiis non obligabit ad mortale; & hoc est  
verum, siue materia leuis sit totalis materia legis, siue  
supra, cui addit Sanchez in summa, 10.1.lib.4.12.n.6.  
& alios penes ipsum, sicut legislator non potest te-  
obliger sub mortali in materia leui. Et ita doceo lo-  
nez de la Cruz vbi supradicto infert præceptum Pra-  
lati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem,  
obligare sub solo peccato veniali, nam est intolerabile,  
si posset Praelatus in omni materia, etiam leuissi-  
ma, obligare sub peccato mortali. Ita ille, quod tene-  
ment. Notandum est tamen doctrinam superius addi-  
ctam non procedere in casu quo vovisti singulis dare media-  
paruum elemosynam, nam si plures omittentes item

senserunt, cum enim dicunt intentionem Legislatoris  
sufficere, intelligendi sunt de intentione rationabili &  
iusta, nam illa erit commensurata materia, & id est si  
fuerit de obligatione sub mortali, supponet materiam  
capacem talis obligationis. Sicut communiter Doctri-  
næ intelligunt dictum illud 1.1. ff. de corp. Princ.  
Quod Principi placuit, legi habet vigorem, utique  
de placito rationabili & iusto. Hoc supposito sic agi-  
mentor. Legislator in materia leui non potest obligare  
ad mortale, sed votum obligat ad infar legis, redit  
Caietanus in 1.2.g.88.art.3. Sotus de infib.7. euq.  
2.art.1. Sanchez in summa, 1.lib.4.cap.11.n.31. Valen-  
tia tom.2. disp.6. quaff.6. punct.4. & alij. Ergo neque  
vouens in materia leui potest se obligare ad mortale.  
Et ideo hanc sententiam docet in terminis Iohannes  
Sanicus in selectis disp.15.n.15. Valquez in part.2.sum.  
2.disp.158.c.4.n.34. Sotus de infib.7.g.2. art.1. Lo-  
desma in sum. tom.2. tr.10.c.3.dub.2. Et ego ipse cum  
Sanchez Societatis Iesu in 3.part. tr.5.ref.24.

### RESOL. XIII.

An si quis voverit se quotidie recitare B. Virginis Pater  
noster, & Ave Maria, vel vnum Salve, & per annum,  
v.g. non recitet, peccet mortaliter?

Et notatur, quod in tali casu vovens istam materiam  
parvam, non potest se obligare sub mortali in reci-  
tatione dictæ materie leui.

Etiamque adiuvatur, quod doctrina prædicta quiesci-  
non valeat in casu, quod vovisti singulis dare parvam  
eleemosynam, quia plures omittentes item parvam  
elemosynam, si deuenisti ad materiam grauenientem  
restitutionem.

Etiamque inferatur, an præceptum Praelatis in re leui, &  
in ordine ad bonam gubernationem obligat sub solo pecca-  
to mortali, nam est intolerabile, si posset Praelatus  
omni materia, etiam leuissima obligare sub peccato  
mortali? Ex p.3. tr.5. & Misc.1. Rec.54.

§.1. A ffirmatiuè responder Zumel in part. 2. euq.  
88. art.4. dub. penult. Sayrus in Clavis Regia,  
lib.2. c.6.1. n.21. Valencia tom.3. disp.6. quaff.6. punct.4.  
Malderus in 2.2. tr.10.c.5. dub.4. quaff.1. in fine. &  
Tannerus in 2.2. disp.5. dub.3. num.38. est enim hac vna  
quædam vnius voti materia, & quæ grandis.

2. Sed contrariam sententiam esse probabilem do-  
ceret idem Tannerus, & illam tenet Sotus de infib.7.  
quaff.2.art.1. Aragon. in 2.2. quaff.8.art.3. Iohannes de  
la Cruz in direct. part.1. præ.2.art.2. dub.4. c.6.1. &  
nonnullum Villalobos in summa, tom.2. tr.1.2. diff.  
3. n.3. vbi sic art. [Se infiere, que el que deo de rezar  
todo el año vna Ave Maria, que havia prometido de  
rezar cada dia, no llego a pecar mortalmente, porque  
muchos pecados veniales, no hazen en mortali.] Ignit  
illæ parvæ materia non possunt coalescere in vnum,  
& efficere notabiliter quantitatem materie magnæ. Sep.  
Notandum est etiam, quod in tali casu vovens mate-  
riam istam parvam, non potest se obligare sub mortali  
in recitatione dictæ materia leui. Sic Villalobos vbi  
supradicto, cui addit Sanchez in summa, 10.1.lib.4.12.n.6.  
& alios penes ipsum, sicut legislator non potest te-  
obliger sub mortali in materia leui. Et ita doceo lo-  
nez de la Cruz vbi supradicto infert præceptum Pra-  
lati in re leui, & in ordine ad bonam gubernationem,  
obligare sub solo peccato veniali, nam est intolerabile,  
si posset Praelatus in omni materia, etiam leuissi-  
ma, obligare sub peccato mortali. Ita ille, quod tene-  
ment. Notandum est tamen doctrinam superius addi-  
ctam non procedere in casu quo vovisti singulis dare media-  
paruum elemosynam, nam si plures omittentes item